

F.H.135.

69

De obligis et preciobus

II d
110

DE ARGVMENTIS
AD MORES
IN PRIMIS SPECTANTIBVS
IN
GYMNASIO MERSEBVR-
GENSI
IPSIIS APRILIS CALENDIS
A.O.R. MDCCXXIII.
HORA SECVNDA POMERIDIANA
PVBLICE DICETVR,
AD QVOD
SVMMOS RERV M SCHOLASTICARVM CVKATORES,
PATRONOS ATQVE FAVTORES,
QVO PAR EST,
CVLTV ET RITV
CONVOCAT
ERDMANN VHSE,RECT.

M E R S E B V R G I,
LITERIS GOTTSCHIKIANIS.





Vam *Proverbiorum* invaluerit *ysus*, latere nequit vel
modice tantum in literis versatos, aut hominum fru-
entes consuetudine, elegantiisque sermo carere credi-
tur suavissimis, non pauci sibi persuaserunt, si quidem
Adagia in eodem non soleant esse obvia. Proverbia
quoque esse Veriverbia est in proverbio, quamvis eorum multa recti-
sime habeantur falsiverbia, quorum Decades duas in Dissertatione quadam
Academica anno superioris seculi nonagesimo secundo habita ex-
hibuit Magnificus Dominus *Johannes Schmidius*, Theologus & Polyhi-
stor apud Lipsienses longe celeberrimus, qua inter occurruunt sequen-
tia: *adamante durior*; *cornicibus vivacior*; *cribro aquam haurire*; *cygnea can-
tio*; *insania in cavea non canit*; *mulgere hircum*; *Phoenicis inflar reviviscere*; *al-
pā cæcior*; *turdus ipse sibi malum cacat*; *turdo surdior*; reliquibidem est legere.
Licet vero eorundem plurima non satis firmo stare videantur taloꝝ yſus
tamen & his in verbis ita suam exercere consuevit tyrannidem, vt nec
lingua detur, nec disciplina, quibus sua non sint Proverbia. *Georg. Hieron.*
Welschius, Medicus Augustanus, linguarum pene omnium & orientalium & Europæarum peritissimus, promiserat opus Adagiorum Pan-
glottum, quod vero cum ipso intercidit. *Quirinus Kuhlmannus* polli-
citus fuerat in Prodromo quinquenii sui, vt forsan recte inscripsit, mi-
rabilis aliquod Adagiorum corpus univiale, sed spes ab eo facta erudi-
tios fefellit. Inter Adagiorum collectores primi fuere: *Erasmus Roterdamus*;
Janus Gruterus; *Ioh. Antonius Berlucius*; *Iosephus Langius*; *Ioh. Benz-
zius*; *Iacobus Duportus*; *Zach. Boganius*; *Nich. Neander*; *Valent. Rotmarus*;
Rudolphus Goclenius; *Barlandus*; *Hieron. Clocius*; *Andr. Schottus* & *Mich. Apoſtolius*. Atque hi, quos nominavi, Graeca inprimis conscripserunt
Adagia & Latina, præter quos alii alia congeserent Proverbia, & quidem
1.) *Italica*: *Angelus Monosimus*; *Julius Varinus*; *Orlandus Persquetus* & *Tho-
masus Buonus*. 2.) *Gallica*: *Ioh. Aegid. Niceriensis*; *Elyry de Belingen* & *le Duc*.
3.) *Hispanica*: *Fernandus Numnez*; *Iuan de Mal-Lara*; *Iuan Soropan de Rieros*

5

Constantinus Hugenius. 4.) Belgica; Samuel Brun, & qui nominantur apud Gruterum Autores alii. 5.) Anglica: Wth. Cambdenus; lac. Hovvel; Anonymus I.R; Povvel & Faustus Andrelinus. 6.) Germanica: Agricola; Frid. Petri; Schäf. Franck; Georg. Henischius; Eucharius Eyering; Christoph. Lebmannus; Tappius; Paulus Winkler & Joach. Pistorius. 7.) Polonica: Cnoipius. 8.) Arabica: Joseph. Scaliger, Thom. Erpenius & Andr. Tschernigius. 9.) Persica: Leninus Warnerus, vt in praesens omittam reliqua. Ex ipsis quoque disciplinis conquisiverunt nonnulli Adagia, vti Excell. Dn. Ioh. Jacob Baierus Philosoph. & Medicus in Acad. Altorff. famigeratissimus, anno hujus seculi undecimo Adagia quædam Medicinalia ad disputandum proposuit, quæ deinde Disputationes sub forma libelli An. 1718. vulgatae. Non tædebit forte Lectorem è dictis Proverbii conspicere hic selectiora, qualia sunt: *non opus est medico valentibus, sed male habentibus*; *Medice cura te ipsum, novus Medicus, novum cæmeterium*; *mētiri ut Medicus, artem quavis terra alit, presente Medico nihil nocet*; *medice vivere est pessime vivere*; *ex sanitate sanitas, valere pancratice vel athleticæ, viva mortis imago, felis cerebrum edit*: quod ultimum explicans non equidem inficiatur, cati cerebrum comedunt rationem turbare atque memoriam, dehirsuti tamen illius quadrupedis carne tantum abesse sentit, vt noceat, vt Gallis potius in delicatissimis habeatur epulis, probando id exemplo Galli cuiusdam alias vernacula suam docentis, qui propter felium capturam esumque frequentem increpitus ferculi istius ducedinem miram hocce cogitatorum atque verborum nexus lepido probatum ivit: *Was fräßt Katz? Katz fräßt Maus, Maus fräßt Korn.* Consultissimus Dn. Ioh. Nic. Herrius anno 1699. Gissa-Hassorum, quo loco tunc temporis Iura docebat publice, Parœmias quasdam Iuris privati & publici Germanicas disputando defendendas suscepit, quas inter exstant, quæ sequuntur: *Ländlich/ sittlich*; *Die Tochter fräßt die Mutter*; *Es wird nie kein treuer Vormund gefunden*; *Gleiche Brüder / gleiche Rappen*; *Tausch ist kein Raub*; *Wann man mit leugnen könnte vom Galgen kommen, würde niemand gehangen*; *Gleich sucht sich, gleich findet sich*; *Die Kräe lässt das hüpfen nicht*; *Narren-Spiel will Raum haben*; *Er kan viel Handwercker aber beteln ist das beste*; *Wann der Kaiser stirbt/ setzt sich der König in den Sattel*; *Ein jeder Herr ist Pabst in seinem Land*; *Bürger und Bauer schiedet nichts dann die Mauer*; *Das Alter geht vor*; *Reiche Weiber/ arme Kinder*. Non minus dantur Adagiorum sacrorum scriptores, colleguntque Hebraica Plantavitus, Drusius & Buxtorfius. De Adagiis Novi Testamenti composuit Diatriben, Ioh. Vorius; Joach. Zehnerus Adagiorum sacrorum scriptis Centurias quinque, in quem quoque censum venit Martinus Detrio, Hispanus, vel è solis Disquisitionibus suis Magicis sati notus. Palmarum vero Adagiis singulis præripuerunt, vt nonnullis audiunt Proverbia Salomonis, five eadem malueris Gnomas vocare aut Sententias, quas rex ille sapientissimus

mus

FR
Hd
HO
X 296470
mus impulsu concepit Spiritus sancti, quem ducem omnium fidissimum
in publice perorando gemina iam vice secuti sunt aliquot fiduciæ cre-
ditorum, cuius verbis fallere nesciis & in præsens infistere instituerunt
publice dicturi nonnulli optimæ notæ Juvenes. Et quidem

Prologi vices ornare conabitur Joh. Andreas Cämmerer / Mansfeld.

Ex ipmis Salomonis Proverbii oratiuncularum argumenta petent se-
quentes, nimirum

E Cap. XXI. v. 17. ostendet Joh. Christian Straube / Kriegstädt: *Virum*
egenum fore, qui diligit letitiam, q[uod]que diligit vinum & pinguia, non iri
ditatum.

E Cap. XXII. v. 1. dicet Christian Eichhorn / Merscb, *Eligibilis esse nomen*
bonum, quam divitias multas, quam argentum & quam aurum gratiam
bonam.

E Cap. XXII. v. 6. Elegis Latinis canet Joh. Christian Hinsch / Wur-
censis, in verba: *Imbue puerum juxta viam suam, etiam cum senuerit,*
non recedat ab ea.

E Cap. XXIV. v. 10 Christian Gottfried Kloß / Zöschensis, cantatu-
rus est carmine vernacula de eo: *Si quis remissus fuerit in die angustæ,*
angustam fore ejus fortitudinem.

E Cap. XXIV. v. 17. Aug. Hertling / Martisb. expendet verba: *Cum ceci-
derit inimicus tuus, ne lateris, & cum impigerit, ne exultet cor tuum.*

E Cap. XXIV. v. 21. Joh. Gottfried Grünewald, Neo-March, medita-
bitur in verba: *Tunc Iehovam, fili mi, & regem.*

Et sex isti Juvenes oratiunculis suis finitis agent decentes, quibus
debent, pro beneficiis in se collatis grates, mutaturi cum Academia
Lyceum nostrum.

E Cap. XXIV. v. 29. Carmen Germanicum modulabitur Joh. Chris-
tian Dößner / in verba: *Ne dicas, quemadmodum fecit mihi, sic faciam*
ei, reddam ipsi viro secundum opus suum.

F Cap. XXV. v. 11. Christian Schwope / Carmine Heroico canere
studebit in verba: *Mala aurea cum figuris argenteis verbum dictum*
quibus modis dici debet.

Epilogi partes explere laborabit Joh. Christian Grunert / Merscb.

Ad sint Auditores frequentes, ad sint benevoli, quo peroraturi addatur
calcar, nobisque omnibus nova obsequendi inserviendiq[ue]
imponatur necessitas.



PK.135.

II d
110

De ologies et Prosecclesis

DE¹
ARGVMENTIS
 AD
MORES
 IN PRIMIS SPECTANTIBVS
 IN
GYMNASIO MERSEBVR-
GENSI

IPSIIS APRILIS CALENDIS

A.O.R. MDCCXXIII.

HORA SECUNDA POMERIDIANA

PVBLICE DICETVR,

AD QVOD

SVM MOS RERVM SCHOLASTICARVM CVRATORES,
 PATRONOS ATQVE FAVTORES,
 QVO PAR EST,
 CVLTV ET RITV
 CONVOCAT
 ERDMANN VHSE, REC^T.

M E R S E B V R G I,
 LITERIS GOTTSCHIKIANIS.

